

Heinrich Ernst Seebach


De Jure Conjunctionis Ut, In Contractv Innominato Disserit simulqve Ad Collegivm Digestorvm Lectorivm Pariter Atqve Examinatorivm ... Permanter Invitat

Vitembergae: Kreysigius, [1702]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn810645718>

Druck Freier  Zugang





N. N. — 2 (42.)



Q. D. B. V.

De

28

JURE CONJUNCTIONIS:

UT, *18*

IN CONTRACTV INNOMINATO

Differit simulqve

AD

COLLEGIVM DIGESTORVM

LECTORIVM PARITER ATQVE

EXAMINATORIVM

GENEROSAM AC NOBILISSIMAM LE-

GVM SCIENTIAE CVPIDAM JUVENTUTEM

PERMANTER INVITAT

HENR. ERNEST. Seebach / D.

REG. ET ELECT. CVR. PROVINC. ET CONSIST.

ECCLES. VITEMB. ADVOC. ORDIN.

VITEMBERGAE,

Literis, VIDVAE CHRISTIANI KREVSIGII, ACAD. TYP.

1702.

JURE CONJUNCTIONIS:

UT

IN CONTRACTU IN NOMINATO

SENECA EP. 33.

Patet omnibus veritas, nondum est occu-
pata: Multum ex illa etiam futuris re-
lictum est.

LECTORUM PARTI

EXAMINATORUM

GENEROUM AC NOBILISSIMIS AB-

GM SCIENTIIS QUIDAM PUNCTUM

PERMANET IMPETU

HENR. ERNST. D.

REG. ET ELECT. CUR. PROVIN. ET CONVE.

ECCLIES. VITENS. ADVOC. ORDIN.

WITTEMBERGAE.

Linea: Nova Carolina Henrichi Henrichi



J. N. J.



Inominatus contractus, sicuti haud ita pridem publice demonstravi, est nihil aliud, quam *conventio conditionalis reciproca, ab alterutra parte adimpleta*. Nam conventio pura foret, si dicerem; *Dabo tibi equum*: Ast si dicam; *Dabo tibi equum, si tu mihi bovem dederis*, tunc simplex conditionalis est, non secus, ac si dixerem: *Dabo tibi equum, si Titius mihi bovem dederit*. Et tandem conditionalis reciproca erit, si ad dicta verba tua non tantum acceptatio, sed etiam repromissio accedat. Quod si jam neuter promissum praestitit, subest adhuc nudum saltem contractus innominati placitum. *a* Simul atq; vero alteruter illud fecit, ipse contractus essentialiter perfectus est. *b* Sed his, quae dicta sunt, istud potissimum obstare videtur, quod innominati contractus formula non per conjunctionem conditionalem: *si*, sed per vocabulum: *ut*, concipiatur, hoc autem non tam conditionem, quam *modum* involvat. Forsitan ergo dicendum, innominatum contractum omni jure purum, adeoque, seposita lege Romana, danti pro lubitu poenitere haud licitum esse. Ast nihilominus conditionem subesse, ad minimum tacitam

A 2

a Vid. *L. Ex placito. 3. C. de Rer. permut.* *b. L. 1. S. 2. ff. eod.* *c.* Vid. Bereng. Ferrand, in *L. Pacta consenta ff. de Contrab. empt. p. m. 174.*

citam, tum *textu* juris evinci, tum *rationibus* validis demon-
 strari, tum denique Doctorum auctoritate plurimorum con-
 firmari potest. Quod enim dispositionem juris concernit, lu-
 ce sua radiat Lex V. *Cod. de Rer. permut.* cujus verba notatu
 dignissima hæc sunt: *Quoniam adseveras, patrem tuum ei, con-*
tra quem preces fundis, hac conditione dedisse fundum, ut in-
dicem domum certam acciperet: aditus Præses provincia placitis
eum parere, vel si causam, propter quam fundus datus est, sequi
non perspexerit, conditionis ratione datum a te restituere, sicut
postulas, jubebit. Quod si ergo quis *hac conditione, ut* invicem
 aliquid accipiat, alii fundum dedisse dicitur, atque huic intui-
 tu seu *ratione conditionis* non existentis datum restitui debet,
 certe, conjunctionem: *ut*, hoc casu non *modum*, sed revera *con-*
ditionem involvisse, necessarium est. Et quamvis verba: *ea*
conditione, ut, sæpe in jure nostro etiam *modum* significant *d*: at-
 tamen illud tum plane improprie fit, & pro substrata, quæ ali-
 um sensum non admittit, materia: cum e contrario in nostra
 lege & verborum proprietate; & eorum contextus; & natura
 negotii; & contrahentium mens atque voluntas pro *conditio-*
ne fortissime militent. Nam ut etiam ad rationes & auctori-
 tates convertamur, *modus* aut *conditio* non tam ex conjun-
 ctionibus & verborum figura colligi debet, quam ex integris,
 quæ disponentium mentem declarant, orationibus *e*, & ex ip-
 sa modi vel conditionis substantia: ita ut, quoties anne-
 xum onus ante actus perfectionem impleri debet, *conditio*
 subsit; *modus* vero tunc adjectus censeatur, quando etiam
 post actum perfectum impleri potest *f*. Constat enim, esse *con-*
ditionem actus adhuc perficiendi in futurum & incertum even-
 tum dilationem *g*; *modus* vero actus jam tum perfecti nudum
 tem-

d. Brussel. *de Condition. L. 1. Tit. 1. n. 12.* Zepper, *Cynosur. Legal. Cap. 49. n. 132.*
e Vid. *L. 35. §. 5. ff. de Contrab. empt. L. 25. pr. ff. Locat. pr. Inst. de Empt. & Ven-*
dit. f. Brussel. *d. L. 1. Tit. 3. n. 1. & 2.* Duran. *de Condit. & Mod. imposib.*
part. 5. Cap. 1. n. 2. 3. & 13. g Brussel. *d. L. 1. Tit. 1. n. 1.*

temperamentum & moderationem *b*. Jam verò innominatus contractus non prius perfecte nascitur nec inde alter alteri aliter obligatur, quam si reciprocum onus ab alterutro contrahentium realiter adimpletum sit *i*: ex quo ibi non *modalem*, sed *conditionalem* subesse obligationem, satis luculenter apparet. Imprimis cum modus non de substantia contractus, sed saltim illius accidens separabile *k*; in nostro autem innominato contractu implementum adjecti oneris requisitum ejus essentialiale sit. Nam, ut Doctores *l* dicunt, omnis innominatus contractus est realis, seu datione aut facto alterutrius demum perficitur *m*. Et ut generatim dicam, in omnibus contractibus ultro citroque obligatoriis id, quod ex una parte ad illorum perfectionem requiritur, non recte modus dicitur, quippe qui actus perfectionem jamtum supponit *n*. Neque profecto alia hoc casu intentione paciscimur, quam ut ego tibi ante, quam adimpleveris promissum, efficaciter obligatus esse nolum *o*. Atqui verò hæc verba: *ita ut*, toties conditionem faciunt, quoties ea, ut actui aliquid præmittatur, adjicientis mens fuit *p*. His porro accedit illud, quod innominatus contractus non tantum per particulam: *ut*, verum etiam per conjunctionem: *si*, legitime concipiatur v.c. *do, si des: do, si facias q*. Quod certe conditionis, quam semper subesse firmiter credo, signum est manifestum. Et quem, quæso, ex JCtis latet, contractibus reciprocis onerosis per naturam ipsorum hanc *tacitam* semper in esse *conditionem*: *si* & pars altera stetit promissis. *In contractibus mutuis*, inquit Cardinalis Lugo *r*, *onerosis & reciprocis, qui ita ex utriusque voluntate pendent, ut absque mutuo consensu perfici nequeant, consensus unius contrahentis involvit condi-*

A 3

tio-

b. Zepper. *d. Cap. 49. n. 53. seqq.* *l* Hillig. ad Donell. *L. 14. C. 22. lit. a.* *k* Duran. *d. part. 5. Cap. 2. n. 3.* *l* Vid. Lauterb. *Comp. jur. p. 45. § 392.* *m* *L. 1. §. 2. ff. de Rer. permut.* *n* Duran. *d. Cap. 2. n. 7.* *o* Conf. Hahn, ad *W. tit. de P. V. n. 2.* *p* Brussel. *d. L. 1. Tit. 3. n. 39.* *q* Hahn. *d. n. 2.* Fernand. *d. l. p. 173. pr.* *r* *de J. & J. Diff. 20. n. 17.*

tionem tacitam ex mente contrahentis: si alter etiam ex parte
 sua cooperetur. Pufendorfius s. autem, Cum qui, ait, ex pacto a-
 liquid alteri promittit, non absolute & gratis, sed intuitu ejus,
 quod alter se prastiturum recepit, promiserit: inde prastationes
 utringue sibi indicem insunt per modum conditionis: quasi di-
 ctum foret, prastabo, si tu prastiteris prius. Jam autem quæ
 conditioni superstruuntur, ea non apparente corruiere constat.
 Quod assertum Brusselius t, quando de conditionibus, quæ in-
 sunt tacite, tractare incipit, sequentibus verbis confirmat: Atque
 hoc modo inesse contractibus hæc conditio dicitur: si adversarius
 fidem ex parte sua servaverit; si ipse pactis stet: Nemo enim se
 aliter obligare velle præsumitur, quam si adversarius, quod polli-
 citus est, prastet: adeoque hæc conditio contractibus inesse dici-
 tur, ut licet jurejurando firmati sint; exceptioni tamen huic lo-
 cus sit u. Cum autem ejusmodi tacitam conditionem speciatim
 permutationibus inesse, candide profiteatur Brusselius x, ego
 ob rationis paritatem istud ad cæteros quoque innominatos
 contractus extendendum esse non dubito. Nam & venditori
 ex eodem fundamento y prius pretium offerre debet emptor,
 si cum effectu adversus illum ex empto agere velit; & vice ver-
 sa z: quæ implementi non secuti exceptio inanis foret, si alter
 alteri non sub conditione, sed tantum sub modo obligatus esset a.
 Cæterum ad effectum dictæ conditionis spectat, quod ante il-
 lius existentiam primo ego tibi ad dandum vel faciendum non
 sum obligatus; deinde datum pœnitendo repetere valeam; &
 tertio interim vel sub eadem tacita conditione vel pure, ut
 si fides habita vel cautio præstita, dominio rei datæ me abdi-
 care possim. Nam etsi alias, quando traditio ex causa condi-
 tionali

s Pufend. de J. N. & G. L. §. C. 10. §. 9. t L. 4. Tit. 1. n. 2. u Cap. Perbenit. 3. X.
 de Jurejur. x Brussel. d. n. 2. in fin. junct. L. 2. Tit. 1. n. 13. in fin. y Brussel.
 d. L. 4. Tit. 1. n. 2. med. z L. 13. §. 8. ff. de Act. Empt. & Vend. junct. L. fin. ff.
 de Peric. & Commod. rei vend.
 a Fernand. d. l. p. 175.


tionali simpliciter facta, proprietas pure non transeat *b*; at-
amen hoc saltem in *expressa & extrinseca* conditione obtinet;
non etiam in *tacita & intrinseca*, quæ actui per naturam ejus
ineff. Nec etiam implicat, rem statim facere accipientis; &
tamen nolle ante impletum ab illo promissum obligari ad in-
nominatum contractum servandum. Ut enim hic duo conti-
net: *Primo* ut, quod pollicitus sum, præstem; & *deinde* ut, quod
alter repromisit, acceptem: ita, salva pœnitendi licentia quo-
ad hoc posterius, isti priori per domini translationem absolu-
tam valide renunciare possum. Unde hoc casu danti adver-
sus accipientem, qui rem datam alienavit, liberum est, agere vel
ad illud, quod promissum; vel ad id, quod interest *c*. Quæ om-
nia cum ita sint, ulterius, obiter tamen, infero, quod in per-
mutatione dans, antequam placitis accipiens satisfecit, perinde
ut in venditione *d*, non nisi fide habita dominium transferat *e*.
Et quamvis *Molina f* ac, qui eum secutus est, *Hahnus g* con-
trarium ex Leg. IV. C. de *Rer. permut.* evincere allaboret: at-
tamen isto textu meum potius explicatur atque corroboratur
assertum. *Nam* ut de analogia juris & legum Romanarum
ex naturalibus interpretatione *b* nihil dicam, omnibus
fatis constat, ex Imperatorum in Codice Rescriptis, quippe quæ
ad speciales casus emanarunt, nulla ratione posse formari re-
gulam Juris universalem. *Deinde* vero in data lege non specia-
lis & diversa a venditione permutationis natura, sed illius, qui
dedit, confessio, quod dominium rei absolute tradiderit, pro
ratione decidendi allegatur: ex quo apparet, potuisse illum,
quod istud absolute fecerit, etiam negare. *Quin imo* fidem
expresse habitam fuisse, haud obscure indicant hæc textus ul-
tima


b Brussel, L. 2. Tit. 1. n. 17. Hert. Diff. de *Consent. domin. translat.* th. 22. *c* L.
4. C. de *Rer. permut.* Dn. Svendend, ad Eckolt, tit. de *P. V.* § 2. d §. 41.
Inst. de R. D. L. 5. §. pen. ff. de *Tribut. act.* *e* Bart. in L. 2. & Bald. in L. 4. C.
de *Rer. permut.* *f* de *J. & J.* tom. 2. Disp. 396. *g* ad *W.* tit. de *P. V.* n. 3.
b. Vid. L. 7. ff. de *Bon. damnat.*


tima verba: *ut vel fides placiti tibi servetur.* Atque hanc ipsam doctrinam legisque citatæ interpretationem contra *Molinam* acute defendit *Cardinalis Johannes de Lugo*. Sed superest, ut ad conficiendum, quem nuper suscepi, *Juris universi cursum*, nunc perlustratis *Institutionibus* recta contendam ad vastissimum *Digestorum* pelagus. Non autem facilius, Generosi & Nobilissimi Dn. Commilitones, ex tam longa navigatione in portum venire poterimus, quam si pro anchora sacra *textum Juris*; pro cynosura vero adhibeamus *tractationem Pandectarum Theoretico-practicam Excellentissimi J.Cti, Dn. Menckenii.* Quare agite frequentes adeste huic *Digestorum Collegio*, Astræ Sacris initiati Juvenes, atque non saltim crastina luce, ubi prælectionum vela pandam, sed & in posterum singulis diebus audita mane *septima* & a meridie *quarta* diligentem mecum navate operam, ut eo commodius adultò autumno in *Italiam* appellamus, non tantum *Romæ Pontificum Canonum & Decreta*; sed & in *Longobardia feudorum jura* & *visuri.* Dabam in *Alma Leucorea* d. 7. Maji *MDCCLII.*

Vide J. & J. Dissibo. *in* ad manducationem Dn. Schilteri in *Inst. Jur. Can.*
 1. Duce Dn. Strykio in *Exam. jur. Feud.*










us esse potest his verbis? *illa vero, quae simpli-
 modum donationem meruit, ad collationem eius mi-
 standam est, et paulo post, nec recusare collationem
 ad simplex donatio non aliter confertur, nisi huius-
 modi donator tempore donationis suae indulgentiae im-*
 Sed forsitan Ludouicus non satis distincte sepa-
 rarem istum casum, qui huic inest legi, quo se-
 demum conferenda est donatio simplex. Ea-
 ratio IV. donationis mortis causa, et in genere
 quae liberis a parentibus praeclegata sunt. Haec
 collationis legi non subsunt, ac primo quidem le-
 g. 4. ff. de dot. collat. deinde etiam fideicommissa.
 ff. de collat. bonor. l. 10. C. eod. De donatione
 iusta in specie exstat. l. 13. C. h. t. cuius rei ratio
 videtur, quia quaesita post obitum illius de cu-
 ratione quaeritur, non conferuntur. l. 6. C. de collat.
 enim mortis effectum suum accipit, l. 35. §. 2. ff.
 causa donat. l. 1. §. 19. ff. de collat. bon.

§. VII.

Pro deueniendum est V. ad peculia filiorum, et
 dum, in quantum ex iis conferre debeant. De
 et quasi castrensi nullum amplius restare potest du-
 um clarissimas potius legum habemus dispositio-
 nes a Collatione eximantur, in l. 12. C. de collat. l.
 eod. l. 4. et 8. C. de Aduoc. diuers. iudic. quo loco
 singulare illud, quod in l. 7. C. de bon. quae lib.

B 2

depre-



the scale towards document

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Image Engineering Scan Reference Chart: TE263 Serial No. 031